

eius et facta oratione cum omnibus
qui ibi aderant. dixit. In nomine
dñi nři ihu xpi. quem crucifixerit
iudei. Ita sup pedes tuos. Qui sta-
tim sanus factus ē & glorificabat
deum. Obtulit etiam beato uiro mu-
nera. sed ipse noluit ea accipere. sed
omnia paupibus dari iussit. Commo-
rantur autē beato marziale in eodē
loco: apparuit ei dñs in uisu et dixit
ei. Ne timeas descendere in urbem
lemouiciū: quia ibi te glorificabo
et ero semper tecum. Tunc beatus
marcialis conuocari fecit omnes qui
fuerant baptizati: & indicauit eis
quid dñs dixerat ei. & cōmendans
eos dño: cum discipulis suis perrexit
ad urbem. Ingressi autē ciuitatem:
recepti sunt in hospiciū a nobilibus
milia matrona nomine iuranna. q
habebat unicam filiam nomine uale